Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

phylisei ad pylatum dicentes.
Dne recordati sumus quia se-
ductor ille dixit adhuc vivens
post tres dies resurgā. Iube
ergo custodiri sepulchrū us-
qȝ in diē terciū. ne forte veniāt
discipuli eius et furentur eū. et
dicāt plebi surrexit a mortuis
et erit novissimus error peior
priore. Ait illis pylatus. Ha-
betis custodiā. ite custodite
sicut scitis. Illi autē abeūtes
munierūt sepulchrū signan-
tes lapidē cū custodibus. Offi.
Improperiū expectavit cor meū et
miseriam et sustinui qui simul con-
tristaretur et nō fuit cōsolantē me que-
sivi et nō inveni et dederunt in escam
meā fel et in siti mea potaverūt me
aceto. Secr. Concede qs dne
ut oculis tue maiestatis mu-
nus oblatū. et grām nobis
devocionis obtineat. et effec-
tū btē perhennitatis acquirat.
P. Prefacio de sancta Cruce. Qui sa-
lutē. usqȝ in eternā dm̄ dicimus. Cō.
Pater si nō pt hic calix trāsire nisi
bibā illū fiat voluntas tua. Cōplā
Per huius dne operacionē mi-
sterij et vicia nra purgentur. et
iusta desideria cōpleantur. P. d.
Ad illa claudit cū Benedicamus
dno. sic p totā xl. fia ij. coll. p
Da nobis qs dne perpetis.
pseverantē in tua volū-
tate famulatū. ut in diebus
nris et merito et nūo populus
tibi serviens augeatur. P. Introit.
Iudica dne nocentes me expug-
na impugnantes me apprehende
arma et scutū et exurge in adiutoriū
meū dne virtus salutis mee. Ps. Ef-
funde frameā et cōclude adūsus eos q
Da qs omps Orō. me psecuit.
deus. ut qui in tot adū-
sis ex nra infirmitate deficim.
intercedente unigeniti filij tui
passione respiremus. P. Lcō
In diebus illis. ysaie pphe.
Dixit ysaias. Dns deus ape-
ruit michi aurē. ego autē non
cōtradico. retrorsum non abij.
Corpus meū dedi percucientibus.
et genas meas vellentibus. Fa-
ciem meā nō averti ab incre-
pantibus et cōspuentibus in
me. Dns deus auxiliator meus.
et ideo nō sū cōfusus. Ideo po-
sui faciē meā. ut petrā durissi-
mā. et scio qm̄ non cōfundar.
Iuxta est qui iustificat me. qs
cōtradicit michi. Stemus simul.
Quis est adversarius meus.
Accedat ad me. Ecce dns deus
auxiliator meus. quis est qui
cōdempnet me. Ecce omnes qsi
vestimentū cōterentur. et tinea
comedet eos. Qs ex vobis ti-
mens dnm. audiat vocē servi
eius. Quis ambulavit in tene-